



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Anniuersarium Pabonis Sacerdotis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

Marquardus Pincerna, VVeiger de Stein, Heinr. de Giche, Heinr. de Oberngesazer, Eberhardus nobilis de VVolsperg, Burchardus nobilis de Landevvurch de Saxonia, VVadricus nobilis de Otlobsdorf, Ministerialis Episcopi, Eppo de VVintzer, Chunradus de VVintzer, Chunradus de Gundelchouen, Gotiboldus de Osterhouen, Rugerus & filius eius VVadricus & frater eius, VVadricus, Rapoto de Pöding, Gozvvinus de Fronchenburch VVernhardus de Pillenovv, Dominus Adalbertus & frater eius, Alramus, VValchun de Chamb, Marquardus Laidevvrevvt de Mantenchouen. Datum Aterse, Anno Dominicæ incarnationis M. C. LXXX. Indictione tertia decima regnante Friderico Imperatore.

De hubis in Osterhouen.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Otto Dei gratia Babenberg, Episcopus, sanctorum qui ante nos fuerunt Episcoporum exemplo inducti, immo apostolica ammonitione informati suorum Dei inopiam nostra supplere debemus abundantia, vt pro omnibus & pro his qui in sublimitatibus sunt liberius exorare possint, Proinde mansum illum quem *Vlrico* filius *Rugeri* quödam Procuratoris mei in Osterhouen. in beneficium habuit, qui eodem *Vlrico* mortuo inuacabat Domino *VValthero* Præposito in Osterhouen, & fratrib. eius ad seruendum Deo in eodem loco sub eo collectis Episcopatu & nobis semper deuotis iure perpetuo tradidimus hoc pacto, vt seruitium quod ex illo manso dabatur annuatim soluant. Vt factum hoc firmum & ratum permaneat, ne ab aliquo conuelli debeat, huius scripti paginam sigilli nostri impressione testibus quoque multis munuimus. Testes sunt de Choro Babenberg Dominus *Dietricus* Archydiaconus de *Hergolsbach* Dominus *Tyemo* Præpositus S. *Stephani*, Otto de *Lintenbach* de ministerialibus *Dapifer*, *Gundelchus* Otto de *Sletben*, *Gozvvinus* de Osterhouen, Eppo de *VVintzer*, *Chunr.* de *VVintzer* *Rapoto* de *Pöding*, *Eberhardus* de *Arvvalstorf*, *Albertus* de *Iahenstorf*, *Gotiboldus* *Gisehler*, Eppo & frater suus, *Otto*, *Rudolfus* *Menigoz*, *Heinr.* villicus, *Eberhardus* *Minus* *Grenil* *Sabso*, *Perngerus* procurator Episcopi de *VValberdorff*. Dat. anno Domini M. C. LXXXVIII.

Annauerfarium Pabonis Sacerdotis.

Memoria præsentium & futurorum scripto duximus tradere dignum qualiter Deo deuotus *Pabo Alburgensis* Ecclesiæ tunc temporis minister idoneus & sacerdos nobis ex amico factus est amicissimus. Cum enim ad nos descendisset & mores nostros & institutionem nostram prudenter & subtiliter considerasset respectu æternæ beatitudinis exspectans partem in retributione omnium iustorum consilium fuit ei tractare nobiscum de rebus animæ suæ. Vt autem id consilium suum perduceret ad effectum, elegit magis affligi detrimento temporalium rerum quam priuari iucunditate futurorum bonorum. Vnde est quod vineam XII. tal. emptam nobis tradidit hoc pacto: Vt dies obitus eius cum pleno officio vigiliarum & missa defunctorum apud nos singulis annis agatur, & eadem die Conuentui ad mensas plenarie seruiatur. Porro vt annuerfarium hic ratum & inconuulsam omni perseveret tempore tenaci pacto firmavit, laudante hoc & confirmante & præsentis scripti chyrographo posteris commendante Domino *W.* Præposito cum totius congregationis fauore & assensu in generali Capitulo. Acta sunt hæc anno incarnationis Dominicæ Millesimo Centesimo LXXXVIII.

De